UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103157

§. XXII. Nachrichten von dem Reichs-Leben Buxtelle in den Nieder-Landen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52461

Visual Library

1647. April.

iniqua excluſione noſtrarum familiarum à Præbendis & Canonicatibus dictæ Eccleſiæ, etiam de facto lite pendente negatæ admiſſionis ad Comitia Provincialia deſiſtatur, ſicque ad veſtigia Majorum noſtrorum redintegremur, parati viciſſim pro communi Patriæ & Imperii commodo, vitam ſanguinemque profundere. Deus Summus Maximus, qui juſtum tandem & æquum judicium, præſertim contra rerum judicatarum temeratores, quod pro defenſione ſtatus juſte laborantes depreſſæ tot familiæ requirunt, larga & divite manu rependet, tantos Imperii Proceres longum ſervet. Monaſterii Weſtphaliæ d. 8. Aprilis 1647.

Reverendiſſimarum, Illuſtriſſimarum, Excellentiſſimarum, Illuſtrium, admodum Reverendarum, Generoſarum, Prænobilium, Strenuarum, Ampliſſimarum & Conſultiſſimarum Dominationum Veſtrarum

Humillimi Servitores

Erbmanni Monaſterienſes, de quorum Familiis adhuc ſuperſunt Familia Schenckinck, Bock, Biſchopinck, von der Wyck, Travelmann, Kerkerinck, Droſte, Steveninck, van der Tinnen, Cleivorn, Drolshagen.

§. XXII.

Nachricht von dem Reichs-Lehen Boxtelle in den Nieder-Landen.

An den Brabantiſchen Gräntzen lieget eine anſehnliche Baronie, *Buxtelle*, ſo von weyland Kayſer CAROLO IV. an *Theodoricum de Merheim*, Militem, und deſſen Haus-Frauen, *Mariam de Buxtell*, Anno 1356. ſub fide & obſequio Clientelari, überlaſſen worden, von welchen es hernach auf *Eliſabetham de Buxtell* gediehen, die ſelbige Herrſchafft von PHILIPPO BONO, Hertzogen von Burgund und Brabant, in der Qualität als eines *Vicarii Sacri Romani Imperii*, An. 1439. bey damahligem Interregno, zu Lehen recognoſciret hat. Worab nachgehends die Brabantiſche Regierung Gelegenheit genommen, ermeldte Herrſchafft ſich unterwürffig zu machen, und ſelbige mit Tribut und andern Laſten zu beſchweren. Alß man aber am Kayſerlichen Hofe Nachricht von der Sache erlangte, ſo ergiengen deswegen unterſchiedliche Verfügungen, welche die Kayſerliche Geſandten auf dem Congreſs, Inhalts N. I. an das Reichs-Directorium communicirten, was Ihro Kayſerliche Majeſtät wegen ſolches Reichs-Lehn, ſowol an den zeitigen Beſitzer deſſelben, Grafen Albrecht *de Hornes & Basſigni*, nach N. II. als auch an den Gonverneur der Spaniſchen Niederlande, Inhalts N. III. nicht minder an die General-Staaten, laut N. IV. verfüget und gelangen laſſen: Worauff man im Reichs-Rath, Ausweiß des Protocolli Seſſionis Publicæ XL. allhier ſub N. V. beſchloſſen, es wäre von Reichs wegen ſo wohl die Königliche Spaniſche Regierung in den Niederlanden, als die General-Staaten zu erſuchen, daß ſie bey Vollziehung des zwiſchen ihnen getroffenen Friedens, zum Nachtheil ſothanen Reichs-Lehens, nichts fürnehmen, ſondern ſolches bey dem Heiligen Römiſchen Reich, auch deſſen Inhaber bey ſeinem freyen Standt und Reichs-Immedietät verbleiben laſſen ſollten: Immaſſen das N. IV. hier anliegende Schreiben in mehrern ausweiſet.

N. I.

Dictat. Osnabr. 4. Maji An. 1647. ſub Direct. Mog.

Der Kayſerlichen Geſandten Notification an das Reichs-Directorium, das Reichs-Lehen Buxtelle betreffend.

N. I. Der Kayſerlichen Notifi-

Von der Römiſch-Kayſerlichen Majeſtät zu gegenwärtiger allgemeiner Friedens-Handlung verordneten Herren Plenipotentiariis &c. wird dem löblichen Chur-

1647. April. cation an Chur-Mayntz wegen Buxtelle.

Mayntziſchen Reichs Directorio in Abſchrifft communiciret, was erſt aller höchſt-gedachte Ihro Kayſerliche Majeſtät wegen des Reichs-Lehen Buxtell ſo wohl an den Herrn Inhaber deſſelben, als den geweſenen Königlich-Spaniſchen Gubernatorn der Nieder-Landen, zu gleich auch die Herren Staaten von Holland vorſchrifft- und rechtliche Erinnerungen gnädigſt abgehen laſſen. Allermaſſen nun vorgemeldten Herren Kayſerlichen Plenipotentiariis in alle Wege dahin zu trachten oblieget, wie Ihrer Kayſerlichen Majeſtät und dem Heiligen Reich an ihrer hergebrachten Gerechtſame, bey den geſchloſſenen Spaniſchen und Holländiſchen Friedens-Tractaten, dieſes Lehens halber kein Nachtheil zugezogen werde, alſo haben ſie auch obgedachtem Churfürſtlichen Mayntziſchen Directorio anheim ſtellen wollen, ob daſſelbe wegen des allgemeinen Reichs-Intereſſe nicht vor rathſam ermeſſen thut, daß auch im Nahmen der geſamten Stände des Reichs, Ihro Kayſerlichen Majeſtät allergnädigiſter Intencion zu folge, die Herren Staaten von Holland ſo wohl als die Spaniſche Regierung in Nieder-Land zu erſuchen ſeyn möchten, daß ſie den Inhaber beſagtes Lehens bey ſeiner Immedietät ruhig und unperturbiret laſſen wolten; und verbleiben anfangs gemeldete Herren Kayſerliche Plenipotentiarii mehrbeſagtem Churfürſtlichen Mayntziſchen Reichs-Directorio zu aller angehmen Dienſt-Gefälligkeit und Freundſchafft jederzeit wohl gewilliget. Münſter den 8. Maji ſt. n. An. 1647. 1647. April.

Der Römiſch-Kayſerlichen Majeſtät zu gegenwärtiger allgemeinen Friedens-Handlung verordnete Herren Plenipotentiarii.

N. II.

Dictat. d. 4. Maji An. 1647.

Kayſerliche Verfügung an den Inhaber des Reichs-Lehen Buxtelle.

FERDINANDUS Tertius &c.

Alberto Comiti de Hornes & Baſſigni, Baroniæ ac Feudi Domini Imperialis Boxtellæ defenſori.

N. II. Des Kayſers Verfügung an den Inhaber dieſes Reichs-Lehnes.

Notum facimus per præſentes, quod cum Nobis honorabilis, doctus, fidelis, Nobis dilectus, Vitus Sartorius J. U. Doctor & Fiſci Noſtri Imperialis Aulici Procurator, dictam Baroniam Boxtellæ cum omnibus appertinentiis & juribus ad Nos immediate & Sacr. Roman. Imperium pertinere, majores autem tuos eam per aliquot ætates detinuiſſe, uti & te a pluribus annis etiamnum detinere, neque tamen vel illos divis Romanorum Imperatoribus prædeceſſoribus Noſtris, vel te Nobis debitam Clientelaris fidei & obſequii profeſſionem agnitionemque præſtitiſſe, aut inveſtituram legitimo ſolennique modo requiſiviſſe nedum impetraſſe, adeoque Nos ſupplicabunde rogavit, ut quum ea ſive negligentia ſive incuria, in imminutionem & impendium ſupremæ Autoritatis Noſtræ Imperialis haud dubie cedat ac redundet, legem commiſſoriam in te exercendo, dictam Baroniam Noſtram & Sacri Imperii clientelam ac beneficium in cauſam caducariam lapſum, ac Fiſco Noſtro Imperiali commiſſum ac devolutum, una cum fructibus perceptis & percipiendis dignaremur vindicare; Nos hujusmodi culpam nullatenus diſſimulare volentes, leniorem tamen elegerimus viam & hanc ad te citationem decernendam duxerimus, quemadmodum vigore præſentium ex Imperiali Noſtra autoritate te citamus & vocamus, ſerio mandantes, ut intra terminum trium menſium a die inſinuationis harum tibi ſactæ computandorum, quorum primum pro primo, alterum pro ſecundo, tertium pro tertio ultimo ac peremptorio termi-

1647. April. termino tibi aſſignamus & præfigimus, quatenus dies illa juridica fuit, alias ad juridicam proxime ſecuturam in Aula Noſtra Cæſarea, ubicunque illa tum fuerit, coram Nobis vel Conſilio Noſtro Aulico Imperii perſonaliter, ſive per Procuratorem legitime ſufficienterque inſtructum compareas, ad videndum & audiendum Baroniam Noſtram & Sacri Imperii clientelam & Feudum fiſco Noſtro Imperiali præmiſſum, apertum ac devolutum, adeoque de illo privari vel ipſo jure privatum eſſe decerni aut declarari, aut ad proponendum, allegandum & deducendum cauſas æquas & rationi conſentaneas in contrarium, quare ad præmiſſa procedi non debeat: nam ſive ſic in termino præfixo comparueris, ſive non, nihilominus ad implorationem ſupradicti Fiſci Noſtri Procuratoris, ex juris juſtitiæque præſcripto ac formula ad declarationem eam procedi faciemus, abſentia & contumacia tua non obſtante. Qua de re certiorem te facere volumus per præſentes manu Noſtra ſubſcriptas & ſigilli Noſtri Cæſarei appreſſione munitas, quas dedimus in arce Noſtra Lincii die 28. menſis Iunii An. 1646. Regnorum Noſtrorum Romani decimo, Hungarici 21. Bohemici vero 19. Signatum erat FERDINANDUS: a latere ſcriptum, Vt. Ferdinandus Comes Curtius, & inferius: ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium ſignatum Ioan Walderode: & ſubſignatum ſigillo dicti Imperatoris impreſſum.

Collatione facta concordat cum ſuo originali, quod atteſtor

Ad. Bleſer Notarius,
An. 1647.

N. III.

Dictat. Oſnab. 5. Maji An. 1647. ſub Direct. Mag.

Kayſerliches Reſcript an den Gouverneur der Spaniſchen Niederlande, das Reichs-Lehen Boxtelle betreffend.

FERDINANDUS Tertius divina favente clementia Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus.

Illuſtris, ſincere Nobis dilecte.

N. III. Ej. Reſcript an den Gouverneur der Spaniſchen Niederlande.

ImperatoriamMajeſtatem Noſtram oportet tanquam in orbe Reipublicæ ſtare ac providam ſollicitudinis ſuæ aciem in quamcunque ejusdem partem habere intentam, atque enixe dare operam ne quid ea capiat detrimenti. Cum igitur ad Nos allatum ſit, Baroniam Buxtellæ in confinibus Brabantiæ ſitam, antiquum Sacri Romani Imperii beneficium, a Divo quondam Carolo Quarto Romanorum Imperatore ac Bohemiæ Rege, Anno 1356. Theodorico de Merheim militi & Mariæ de Buxtell conjugibus, ſub fide & obſequio clientelari conceſſum, & poſt eorundem deceſſum ad Iohannem de Buxtell velut ex aſſe hæredem, & poſt hujus obitum ad Eliſabetham de Buxtell ejusdem ſororem translatum eſſe, quod hæc Anno 1439. vacante tunc temporis Imperio, dictam Baroniam de Buxtel, Sacri Imperii Feudum, a quondam Philippo Bono Burgundiæ & Brabantiæ Duce, velut Sacri Romani Imperii Vicario, cum diſerta tamen & expreſſa proteſtatione, ſi dictus Dux plenam Cæſareo nomine ac vice authoritatem non habeat ipſam inveſtiendi, ſe nihil velle in præjudicium Sacri Romani Imperii factum, recognoverit, a Curia Feudali Brabantina, arrepta occaſione vel ex poſſeſſorum minorennium ignorantia vel ex tutorum negligentia vel injuria, paulatim ſibi, nemine contradicente, aſſertum fuiſſe atque uſurpatum, adeoque ejusdem officiarios indicendis exigendisque collectis ac tributis poſſeſſorem dictæ Baroniæ Subditosque & Incolas, præter omne jus, graviter exagitare. Quæ cum ad evertenda Sacri Imperii Iura, labefactandam ejusdem Jurisdictionem atque imminuendam Noſtram Cæſaream Authoritatem directo

1647. April. ctο tendant, Nos pro ea ſollicitudine, qua officii, authoritatis ſupremæque Iuriſdictionis Noſtræ Cæſareæ tuendæ ac conſervandæ memores, id vel maxime Nobis curæ cordique habemus, ut, qui Nobis fiduciario ac clientelari Iure obſtricti ſunt Vaſalli ac Subditi, a quorumvis vexationibus ac moleſtationibus ſecuri, libertate, immunitate ac Privilegiis Imperii fruantur, unaque cum bonis ac Feudis ſuis in Noſtra & ejusdem Imperii fide & devotione conſtanter conſerventur ac manuteneantur: Vos hisce requirendos duximus, prout clementer etiam atque etiam requirimus, uti Curiæ Feudali Brabantinæ Cancellariæve ſerio injungatis, ut a dictæ Baroniæ Noſtræ & Sacri Imperii Clientelæ ac beneficii uſurpatione deinceps prorſus abſiſtat, & quicquid hactenus uſurpavit dimittat, Nobisque & Sacro Imperio uti jus fasque eſt reſtituat, omnibusque miniſtris & officiariis Regiis inhibeatis, ne ejusdem poſſeſſorem ſubditos & incolas collectarum ac tributionum exactionibus impoſterum ullo modo gravent ac moleſtent. Id uti vos pro comperto veſtro ſingulari Nobis obſecundandi ſtudio facturos confidimus, ita & Nobis erit & univerſis Imperiis Ordinibus apprime gratum, quos hoc officii genere demereri tam Hiſpanico nomini glorioſum, quam Nobis honorificum eſt futurum. De cætero propenſum gratiæ Noſtræ Cæſareæ affectum vobis clementer affirmamus. *Datum in Arce Noſtra Lincii 20. Junii Anno 1646. Regnorum Noſtrorum Romani decimo, Hungarici vigeſimo primo, Bohemici vero decimo nono. Signatum erat: FERDINANDVS.* A latere erat, Vt. *Ferdinandus Comes Curtius;* infra: *ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium*, ſub ſignato, *Ioannes Walderode:* In dorſo, Sigillo magno in cera rubra; *Illuſtri ſincere Nobis dilecto*, N. MARCHIONI DE CASTELLO ORDERIO, *Sereniſſimi Hiſpaniarum Regis Catholici, Conſobrini, Affinis & Fratris Noſtri chariſſimi, Belgicarum Provinciarum Gubernatori* 1647. April.

Concordat cum ſuo Originali, quod atteſtor

Ad. Bleſer Notarius.

An. 1647.

N. IV.

Kayſerliches Schreiben an die General-Staaten, wegen des Reichs-Lehen Buxtelle.

FERDINANDVS Tertius, divina favente clementia Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus.

Illuſtres, Generoſi, Nobiles & Honorabiles, ſincere Nobis dilecti.

N. VI. Kj. Schreiben an die General-Staaten.

Perlatum eſt ad Nos, quod Vos partem quartam Baroniæ Boxtellæ antiquæ Sacri Romani Imperii clientelæ ac beneficii, ab aliquot jam annis uſurpaveritis ejusque poſſeſſorem ſubditosque & incolas tributorum & collectarum exactionibus per miniſtros & officiarios gravari paſſi ſitis. Cum igitur Imperatoriæ ſit ſollicitudinis pariter ac benignitatis, velut in orbe ſtare Reipublicæ, & in omnes ejusdem partes attendere ac proſpicere, ne quid ea detrimenti capiat, neve qui a Nobis & Sacro Imperio Fiduciario ac clientelari jure dependent Subditi & Vaſalli, ab aliis tributorum & collectarum exactionibus moleſtentur, ſed ab iisdem ſecuri Imperii libertate, immunitate ac Privilegiis quiete ac pacifice fruantur, unaque cum bonis & Feudis ſuis in Noſtra & ejusdem Sacri Imperii fide, devotione & obſequio conſtanter conſerventur. Quapropter vos hisce benigne requirimus, ut quam partem dictæ Baroniæ Noſtræ & Sacri Imperii clientelæ hactenus uſurpâſtis atque uſurpatis, ab ea deinceps abſiſtatis eamque prorſus dimittatis, Nobisque & Sacro Imperio juxta jus fasque reſtituatis, veſtrisque miniſtris & officiariis ſerio inhibeatis, ne poſſeſſorem ejusdem Albertum Comitem de Hornes & Baſſigni ſubditosque & incolas tributorum & collectarum exactionibus impoſterum gravent amplius ac moleſtent: id quod de juſti & æqui ſtu-

1647. April. dio veſtro benigne benevoleque exſpectamus, quibus gratiam Noſtram Cæſaream clementer offerimus. Datum in arce Noſtra Lincenſi 28. Junii Anno 1646. Regnorum Noſtrorum Romani decimo, Hungarici 21. Bohemici vero 19. 1647. April.

FERDINANDVS,

Vt. Ferdinandus Comes Curtius

Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium,

Joan Walderode.

N. V.

SESSIO PUBLICA XL. die Lunæ 17. Maji hora 8. matutina 1647.

Saltzburgiſches *Directorium*: P.P. Die Herren Abgeſandten würden aus der Reichs-Dictatur empfangen und verleſen haben, was die Kayſerliche Herren Plenipotentiarii der Chur-Fürſten und Stände Räthen, Bothſchafften und Geſandten, wegen des Reichs-Lehens Bortelle, zum Nachdencken an Hand gegeben, ob nemlich nicht auch im Nahmen Chur-Fürſten und Stände, maſſen in Ihrer Kayſerlichen Majeſtät ſchon geſchehen, ſowohl an die Königlich-Spaniſche Regierung in den Niederlanden, als an die Herren General-Staaten zu ſchreiben, und ſie zu erinnern, damit diesfalls bey Vollenziehung des Friedens zwiſchen Spanien und Holland, nichts in præjudicium des Römiſchen Reichs fürgenommen, ſondern ſolch Reichs-Lehen bey demſelben, und der Inhaber bey ſeinem Stand, Freyheit und Reichs-Immedietät ungeſchmählert gelaſſen werde ꝛc. Weil nun dieſer Rathgang dahin angeſehen, daß man hiervon deliberiren und rathſchlagen wolle: ſo würden ſie ſich allerſeits mit ihren beywohnenden Gedancken heraus- und darauf vernehmen laſſen.

Saltzburg: Demnach ſie des Hochwürdigſten ꝛc. ſonderbahres Verlangen und Vorſorge dahin geſtellet wüſten, daß dem Heil. Römiſchen Reich an deme, was ihme Rechts wegen zuſtehe, nichts entzogen werde: So lieſſen ſie ihnen gar wohl gefallen, daß Ihrer Kayſerlichen Majeſtät Intention zu Folge, ſowohl die Spaniſche Regierung in denen Niederlanden, als auch die Herren General-Staaten durch Schreiben, oder eine Deputation zu erſuchen, damit bey dem zwiſchen ihnen beyderſeits erfolgendem Friedens-Schluß, die Reichs-Herrſchafft Bortelle in die Tractaten und deren Execution nicht eingeflochten werde, ſondern dieſelbe ungeſchmälert bey dem Reich und der Inhaber bey ſeinem freyen Stand und Reichs-Immedietät unangefochten verbleiben möge.

Bayern: (per Dn. Directorem) Hätte ſich gegen ihme, wegen etlicher anderer habenden Verrichtungen entſchuldigen, doch dabey dieſes anzeigen laſſen, daß ihme ſeines theils nicht zuwieder ſey, ſowohl bey der Königlich-Spaniſchen Regierung, als denen Herren Staaten durch Schreiben oder Deputirte diesfalls einzukommen, auf Maaſſe und Weiſe, wie die Herren Kayſerlichen Plenipotentiarii ſelbſt es an die Hand gegeben.

Würtzburg: Wie Saltzburg ꝛc.

Magdeburg war, Leibes-Beſchwerung halber, nicht zur Stelle.

Pfaltz-Lautern, Simmern, Neuburg, Zweybrück, Veldentz aberant, und erinnerte der Saltzburgiſche Herr Director: Pfaltz-Neuburg würde ſonder Zweifel ſchon zu Münſter votiret haben.

Sachſen-Altenburg: Billig wäre Ihrer Kayſerlichen Majeſtät allerunterthänigſter Danck zu ſagen, daß Sie ſolche Reichs-Väterliche Sorgfalt trügen, das Heil.

Röm-

1647. April. Römiſche Reich wieder zu ſeiner Integrität zu bringen, und deſſen Jura zu beobachten: ſintemahl ſolches ein Stück Dero Kayſerlichen hohen Amts und Dero Kayſerl. Wahl-Capitulation gemäß ſey. Darum man auch Sachſen-Altenburgiſchen theils der Meynung, es ſey billig, daß Ihrer Kayſerlichen Majeſtät Chur-Fürſten und Stände hierunter an die Hand gehen, könne ſich demnach mit Saltzburg wohl conformiren und vergleichen. Nur allein gebe er noch dieſes zu bedencken anheim, ob nicht dieſe beyde Mittel alſo zu combiniren, daß zugleich an beyde Oerter geſchrieben, und dann auch eine Deputation, ſo ſichs wolte practiciren laſſen, an beyderſeits Herren Ambaſſadeurs zu Münſter ins Werck geſtellet werde. 1647. April.

Freyſingen: Wie Saltzburg: benebenſt mit Sachſen-Altenburg ſich ſowohl wegen Saltzburg als Freyſingen conformirend, daß es nemlich conjunctim beydes durch Schreiben und dann durch eine Deputation geſchehen könte ꝛc.

Sachſen-Coburg: Wie Sachſen-Altenburg; daß nemlich beydes geſchehe ꝛc.

Sachſen-Waymar, Gotha, Eiſenach: Wie vor ihme Sachſen-Altenburg ꝛc.

Brandenburg-Culmbach, Onoltzbach: Wie Saltzburg ꝛc.

Braunſchweig-Lüneburg-Zelle, Grubenhagen, Wolffenbüttel, Calenberg: (per Herrn Dr. Kölern) Wie die vorſitzenden.

Pommern-Stetin, Wolgaſt: Wie Sachſen-Altenburg.

Mecklenburg-Schwerin, Güſtrau: (per Sachſen-Lauenburg) Lieſſe ſich entſchuldigen; conformire ſich aber denen Majoribus.

Sachſen-Lauenburg: Cum Majoribus: wie ingleichen, doch ſuo loco zu verſtehen, wegen Heſſen-Darmſtadt.

Anhalt: Wie vorhin.

Henneberg: Wie Saltzburg und Sachſen-Altenburg ꝛc.

Fränckiſche Grafen: Cum præcedentibus conformibus &c.

Directorium: Demnach der Römiſch-Kayſerlichen Majeſtät, unſerm allergnädigſten Herrn, für Dero, zu Erhaltung des Römiſchen Reichs tragende Sorgfalt allerunterthänigſter Danck zu ſagen, und Ihr mit gehorſamſter Bezeugung billig und in alle Wege an Hand zu gehen: ſo halte man dafür, daß ſowohl die Königlich Spaniſche Regierung in denen Niederlanden, als die Herren General-Staaten, durch Schreiben, wie auch per Deputatos aus allen dreyen Reichs-Räthen beyderſeits Herren Ambaſſadeurs zu erſuchen, damit ſie bey Vollenziehung des zwiſchen ihnen beyden getroffenen Friedens, zu Nachtheil des Reichs-Lehens Bortelle nichts fürnehmen; ſondern daſſelbe bey dem Römiſchen Reich, und deſſen Innhaber bey ſeinem freyen Stand und Reichs-Immedietät geruhig und unangefochten verbleiben laſſen wollten ꝛc.

Daß nun dieſe XL. Seſſion, bey gehaltener Conferirung der Protocollen, vollſtändig und gleichlautend befunden worden, bezeugen hiermit

Chriſtian Werner.
Samuel Ebart.
Euſebius Jäger.

N. VI.

1647. April.

N. VI.

Dictat. Monaſterii 8. Julii An. 1647. ſub Direct. Mog.

Schreiben der Reichs-Stände, an die General-Staaten, imgleichen an den Gouverneur der Spaniſchen Nieder-Lande, Ertz-Hertzog Leopold Wilhelm, das Reichs-Lehen Boxtelle betreffend.

Illuſtriſſimi, Illuſtres, Generoſi, Prænobiles, Spectatiſſimique Domini.

N. VI. Reichs-Ständiſches Schreiben an die General-Staaten.

Animorum conſiliorumque noſtrorum vires ad reducendam ſtabiliendamque firmam in Sac. Rom. Imperio Pacem, & exſtirpanda omnia futurarum diſcordiarum ſeminaria pro virili intendentibus, inter cætera negotia eo collimantia illud etiam propoſitum atque ex monumentis literariis nobis innotuit, quod Baronia Buxtellæ in confiniis Brabantiæ ſita, antiquum Sac. Rom. Imperii beneficium, à Divo quondam Carolo IV. Romanorum Imperatore ac Bohemiæ Rege Anno 1366. Theodorico de Merheim militi & Mariæ de Buxtelle conjugibus, ſub fide & obſequio clientelari conceſſum & poſt eorundem deceſſum ad Johannem de Buxtelle velut ex aſſe hæredem, poſtque hujus obitum ad Eliſabetham de Buxtelle ejusdem ſororem translatum fuerit, quæ quidem Anno 1493. vacante tum temporis Imperio, dictam Baroniam Buxtellæ indubitatum Sacri Imperii feudum à Sereniſſimo quondam Domino Philippo Bono, Burgundiæ & Brabantiæ Duce, velut Sacri Rom. Imperii Vicario, recognovit, non aliter tamen, quàm ſub hâc diſerta & expreſſa proteſtatione, quod ſi dictus Dux plenam Cæſareo nomine ac vice authoritatem faciendæ iſtiusmodi inveſtituræ non haberet, ipſa nihil in præjudicium Sacri Romani Imperii factum eſſe vellet. Ex hoc initio à Curia feudali Brabantina arreptâ occaſione vel ex Poſſeſſorum minorennium ignorantia vel ex tutorum negligentia vel incuriâ, eò paulatim deventum fuit, ut dicta Curia ſeu ejusdem officiarii poſſeſſorem memoratæ Baroniæ, ſubditosque & incolas indicendis exigendisque collectis ac tributis gravare cœperint, & gravamina iſtiusmodi aliquot jam annorum ſpatiis continuaverint, in manifeſtum Sacri Romani Imperii damnum ac præjudicium ſuperioritatisque & Jurisdictionis Cæſareæ interverſionem omni Juris obtentu deſtitutam.

Nos itaque conſiderantes firmiſſimam inter Principes & Provincias confines concordiam animorumque conjunctionem ex hoc præcipue coaleſcere ſtare ac perpetuari, ne quis vicinorum ab alio injuribus ſuis utendis, fruendis exercendis quoquo modo turbetur, ſed unicuique, quod ſuum eſt, tribuatur, minimè etiam dubitantes, quin Illuſtriſſimæ, Illuſtres, Generoſæ, Prænobiles Spectatiſſimæque Dominationes Veſtræ propriis animorum ſuorum motibus ad finem modò dictum ultro ferantur, easdem rogandas duximus, prout hiſce etiam atque etiam rogamus, quatenus eæ nedum per ſe turbationibus ejusmodi ſuperſedeant, verum etiam officiariis ac miniſtris ſuis quamcunque demum partem ſupra dictæ Baroniæ & Sacri Romani Imperii Clientelæ uſurpantibus ſerio mandent, ut hi ab ea deinceps abſiſtant, eamque prorſus dimittant, & Sacræ Cæſareæ Majeſtati atque Imperio jura ſua indubitato inibi competentia reſtituant, poſſeſſorem quoque Dominum Ambroſium Comitem de Hornes & Baſigni nec non Subditos & Incolas collectis ac tributis aliisve oneribus, indebite hactenus indictis atque exactis, impoſterum minime gravent aut moleſtent, ſed potius recognitio & cætera ſua ſæpe dictæ Clientelæ intacta atque illibata relinquantur. Nos viciſſim certo ſpondere poſſumus, clementiſſimos & gratioſos Dominos Dominos Principales & Committentes hoc ipſum velut hactenus factum ita impoſterum erga Illuſtriſſimas, Illuſtres, Generoſas, Prænobiles, Spectatiſſimasque Dominationes Veſtras, omni ſtudio

dio

1647. Majus. dio ſemper præſtituros, ut proinde tanto majore cum fiducia idem ſua ex parte merito veniat exſpectandum: Nos vero præmiſſa tutelæ divinæ apprecatione officia & obſequia noſtra ſemper parata. Dabantur Monaſterii Weſtphalorum die 2. Julii Anno 1647. 1647. Majus.

Ab Electorum, Principum ac Statuum Sacri Imperii Romani Legatis, ad Dominos Ordines Generales Fœderatarum Belgii Provinciarum.

In ſimili, mutatis mutandis, ad Archi-Ducem Auſtriæ Leopoldum VVilhelmum.

§. XXIII.

Cammer-Gerichts Unterhalt betreffend.

Das Kayſerliche und Reichs-Cammer-Gericht continuirte noch immer ſeine Beſchwehrung über die zurückbleibenden Cammer-Zieler, ſo, daß die gäntzliche Zertrennung dieſes Gerichts endlich zu beſorgen war; wie ab der Vorſtellung ſub N. I. cum Adj. erhellet. Man nahm dahero nochmahln dieſe Materie zur Deliberation im Reichs-Rath vor, und beſchloſſe, bey denen damahligen Geldklemmen Zeiten, mit 3. Zielern zu ſuccurriren, ausweiß folgenden Protocolli Seſſionis Publicæ XLI, allhier ſub N. II. anliegend.

N. I.

Dictat. d. 21. Maji Anno 1647.

Schreiben des Kayſerlichen und Reichs-Cammer-Gerichts, den zurückbleibenden Unterhalt betreffend.

Hochwürdige ꝛc.

N. I. Schreiben des Cammer-Gerichts.

Zu Ew. Fürſtlichen Gnaden, Liebden, Gnaden und den Herrn haben wir zwar die endliche verſicherliche Hoffnung geſetzet, es würde unſers an dieſelbe von $\frac{6}{16}$. Maji jüngſt abgangenes Schreiben dermahleins in gnädige, freund- und großgünſtige Conſideration gezogen, und in nechſt-verſchienener Franckfurther Oſter-Meß eine erkleckliche Summa zu unſerm nöthigen Unterhalt gebetener maſſen erlegt worden ſeyn, ſo iſt aber ſeithero einige willfährige Reſolution uns nicht zukommen, vielweniger die Würcklichkeit erfolget, wie des hieſigen Pfennigmeiſters jetzige Einnahme ſelbſten bezeuget, die vermöge ſeiner beyliegenden Deſignation ſo ſchlecht gefallen, daß nach Innhalt nechſt überſchickten modi diſtribuendi, unter ſo viel Participanten faſt geringe Portiones geben, und dahero die lautere Unmöglichkeit ſeyn wird, uns aus hiebevor vielfältig überſchriebenen Urſachen dabey zu betragen, derentwegen dann theils unter uns allbereit (jedoch mit Vorbehalt jedem gebührenden Ausſtands) hinweg trachten, und ſich um andere Conditiones bewerben. Wie nun dieſes Gericht ſolchergeſtalt zu des Heiligen Römiſchen Reichs Reputation ferners conſerviret und erhalten kan werden, ſtellen wir zu Ew. Fürſtlichen Gnaden, Liebden, Gnaden und der Herren Hochvernünfftigen Ermeſſen anheim, abermahln unterthänig dienſt- und freundlich bittend, die geruhen gnädig und großgünſtig ſolches groſſes Unheil und vor Augen ſchwebende höchſtſchädliche Diſſipation doch endlichen zu beherzigen, auch zu deſſen Abwendung mit gnugſamen Ordinari-Mittlen oder zum wenigſten einem Extraordinario eheſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN